



Per.
Lat
020

LATIN NYELVŰ LAP A TANULÓ IFJÚSÁG SZÁMÁRA

Prodit Budapestini, I. Verpeléti-út 22. decies in anno.
Pretium praesolvendi annum 4 pengő 80 fillér.

Megjelenik Budapesten, I. Verpeléti-út 22. tízszer egy évben. Előfizetési ára évi 4 pengő 80 fillér.

«Eversat domo intentatus² cipublicae status manere potest: urbis ruina penates omnium trahat secum necesse est» ...
(Val. Max. V. 6.)

Pridie Nonas Octobres

anni 1849. dies ille nefastus est, quo octoginta annis ante duces illi tredecim, amantissimi patriae, latronum modo: carnificis manu³ in munitionibus Aradiensibus immitiae mortis condemnati sunt.


Fortissimi nostri milites multas clades hostibus in bello pro libertate suscepto⁴ affrentes, tandem vi maiore oppressi, superati sunt. Optimus quisque Hungarorum aut interfecti, aut in vincula coniecti sunt. Sed vindices libertatis⁵ sangu-

nem sanctum pro patria haud frustra effuderunt!⁶

Nam ex illo sanguine fruges amplissimae fuisse,⁷ quae amorem patriae nos docebant semperque docebunt.

At videte, nostra tempora quam sint illis simillima!

Tunc patria proculta⁸ dies ultionis⁹ horrendos perpetiebatur: vae erat victis, nobis. Nunc autem Hungaria mutilata;¹⁰ pars incolarum in dictionem¹¹ peregrinorum redacti lingua, scholis, libertate spoliati



¹ feldúl ² érintetlen ³ hőhér kéztől ⁴ vállal ⁵ a szabadság védelmezői ⁶ pazarol ⁷ terem ⁸ letapos
⁹ bosszú ¹⁰ megesonkítva ¹¹ fennhatóság.



vitam miserrimam vivunt. Circa ubique hostes. Nemo, cui confidamus. Re vera dicere possumus: «Una salus victis: nullam sperare salutem!»

Sed mors in resurrectionem mutabitur, quam credimus et speramus obsecrantes Deum quotidianis precationibus.

Memoria ducis Iulii Haynau tristi perpetuitate in historia fruetur. *Alter Herostratus est*, qui pro templo Artemidis aliud templum pulcherrimum atque sanctissimum: *templum Libertatis* manu flagitiosa incendit, ut nomen aeternum apud posteros assequeretur.

Cum ingenti gratia meminimus illorum, qui patriam «usque ad perniciem suam» coluerunt, ostendentes: mors pro illa modo sit ferenda. Et, si patria nos quoque vocabit, simus digni illis!

Non contrastabit iustum quidquid et acciderit: impii autem replebuntur malo.



L. Coelii Lactantii Firmiani vita.

Ubi et quo tempore Lactantius natus sit, res omnino dubia. Ex Hieronymo (De viris illustribus 80.) constat discipulum fuisse eum Arnobii rhetoris, qui Siccae declamando¹ iuvenes erudiebat. Diocletiano imperatore Nicomediae consedit, ubi rhetoricae docuit, sed penuria² discipulorum ad scribendum se contulit. Senex magister Caesaris Crispi, filii Constantini in Gallia fuit.

Lactantius operibus tam clarum nomen consecutus est, quod haud cuiquam contingit.³ «Christianus Cicero» merito est appellatus. Doctrina eius et docendi ratio⁴ maximie ex his ipsius verbis perspici possunt (VII. c. 27. Divinarum institutionum): «...ad metam proiecti⁵ superest, ut exhorte mur omnes ad suscipiendam cum vera reli-

De Sertorio.

Sertorius vir acer¹ egregiusque dux erat, qui sorte iniqua² et odio Sullanorum sollicitatus ingenium splendidissimum³ adversus patriam convertit.

Milites eius semper et ubique fortissimi, fortiter pro eo pugnabant etiam temporibus difficillimis.⁴ Hanc fidem dux omnibus rebus, etiam mendaciis et somniorum simulatione⁵ in militibus superstitionis⁶ auxit, si qua res postulavit. Credulitas militum Sertorio in magnis rebus magno usui fuit. Multis proeliis superatus nemo umquam ab eo descivit,⁷ quod sane mirum, si reputamus,⁸ quot nationes partes eius secuti sint.⁹ Id enim genus hominum mobilissimum est.¹⁰

Lusitanus quidam cervam albam eximiae pulchritudinis et pernicissimae celeritatis¹¹

¹ tetterős ² mostoha sors ³ éles elméjét ⁴ legvál-ságosabb időkben ⁵ álomlátások szinleléssel ⁶ ba-bonás ⁷ pártolt el tőle ⁸ ha megmondoljuk ⁹ állott a pártján ¹⁰ a legingatagabb ¹¹ rendkívül gyors.

gione sapientian, cuius vis et officium in eo vertitur,⁶ ut contemptis terrestribus et abiectis erroribus, quibus antea tenebamur, fragilibus servientes et fragilia concupiscentes ad aeterna coelestis thesauri praemia dirigamur».

Teste⁷ Eusebio (Chron. ad annum 318) tanta paupertate cruciabatur, ut plerumque etiam necessaria ei deessent. E vita sub Constantino emigravit, sed ubi mortem obierit, in dubio est.

Specimen, quod in hocce numero proferimus, ex libro: «De mortibus persecutorum»⁸ sumptum. In hoc opere Lactantius exponit, quibus poenis Deus in eos vindicet,⁹ qui maiestatem eius violaverint, templa sancta everterint,¹⁰ iustos Sanctae Ecclesiae excarnificaverint.¹¹

¹ szónoklásra ² hiány ³ jutott ki, sikerült ⁴ tanítása és iránya ⁵ célnunkhoz eljutván ⁶ lényeges szolgálatra arra irányul ⁷ tanúsága szerint ⁸ a (keresz-tények) üldözöinek (különféle) halálnemeiről. (A cím értelmét a következő mondattal világítja meg.) ⁹ torolja meg, bünteti meg ¹⁰ felforgat, rombadont ¹¹ (kegyetlenül) megölték.

Sertorio dono dedit. Dux persuasit militibus cervam divinitus¹² sibi oblatau esse. Affirmabat eam etiam colloqui posse secum et monere, quid in quaue re faciendum esset, ut res prospere ac feliciter evenirent.¹³ Denique milites dicto ducis, — tamquam si deus praecipisset, — libenter parebant.

Quodam die incursio hostium nuntiata est. Cerva clamore militum et tumultu consternata¹⁴ in fugam se prorupit¹⁵ atque in palude proxima delituit.¹⁶ Milites cervam frustra requirentes demum eam periisse crediderunt.

Paulis post diebus Sertorio repartam esse cervam nuntiatur.¹⁷ Dux nuntium rem celiare¹⁸ iussit, praecipite, ut cervam postero die in eum locum, in quo ipse cum amicis esset, repente immitteret. Postridie veniunt amici, quibus Sertorius dixit, se mirum somnum vidisse: cervam nuper amissam ad se refugisse, ut sibi quae facienda essent, praediceret.¹⁹ In hoc momento servus ex convento²⁰ cervam in cubiculum Sertorii immittit, maxima cum admiratione eorum, qui aderant.

Astutia²¹ duci emolumento maximo erat:²² milites hostem ingenti vi reppulerunt.

¹² az istenek rendeléséből került hozzá ¹³ sikeresüljön
¹⁴ megzavarodva ¹⁵ elfutott ¹⁶ elrejtözött ¹⁷ megkerült ¹⁸ eltitkolni ¹⁹ megjósolja ²⁰ megheszélésük szerint ²¹ ravaaszág ²² hasznára.

EX ARCHIVO RELIGIOSO

Ex Lactantii Firmiani libro: «De mortibus persecutorum» caput II.

Imperator Nero.

Cumque iam Nero imperaret, Petrus Romanus advenit et editis quibusdam miraculis,¹ quae virtute ipsius Dei, data sibi ab eo potestate, faciebat, convertit multos ad iustitiam,² Deoque templum fidele³ ac stabile collocavit. Qua re ad Neronem delata,⁴ cum animadverteret, non modo Romae, sed ubique cotidie magnam multitudinem deficere⁵ a cultu idolorum⁶ et ad religionem novam damnata vetustate,⁷ transire, ut erat exsecrabilis⁸ ac nocens⁹ tyrannus, prosilivit ad excidendum coeleste templum delendamque iustitiam; et primus omnium persecutus Dei servos, Petrum cruci adfixit et Paulum⁹ interfecit. Nec tamen abiit impune.¹⁰ Respexit enim Deus vexationem populi sui. Deiectus itaque fastigio imperii ac devolutus¹¹ a summo tyrannus impotens, nusquam repente comparuit,¹² ut ne sepulturae quidem locus in terra tam malae bestiae¹³ appareret. Unde illum quidam deliri¹⁴ credunt esse translatum ac vivum reservatum, Sibylla dicente,¹⁵ matricidam profugum¹⁶ a finibus esse venturum et qui primus persecutus est, idem etiam novissimus persecutus et antichristi praecedat¹⁷ adventum — quod nefas est credere — sicut duos prophetas¹⁸ esse translatos, in ultima aetate¹⁹ initium Christi sanctum ac sempiternum, cum descendere cooperit praecessuros pronuntiant, eodem modo etiam Neronem venturum putant, ut qui praecursor diaboli ac praevius sit²⁰ ad venientis vastationem²¹ terrae et humani generis eversionem.²²

E carminibus Alexandri Petöfi:

I.

«Mi foly ott a mezőn?»

Quid fluit in prato? — Stillantis gemmula rivi.
 Quid cara facie? — Lacrima moesta fluit.
 Haud moror: exundet rivas prope flumina passim,
 Purpureis viridis spargitur herba rosis:
 At tibi, grata velim lacrimas cessare puella!
 Marcescent roseae, crede, dolore genae.

II.

«Egy bőcs hajdan...»

Nescio quem vixisse lego quondam sapientem,
 Dicitur hic asino saepe vehi solitus.
 Tempora mutabantur: equus iam portat asellum,
 At sapiens propriis carpit iter pedibus.

Gabriel Darás.

¹ néhány csodatétel után ² sok embert megtéritett az igazságra ³ biztos ⁴ bejelentetett ⁵ elpartolt árnyék (istenek) ⁶ elvétendő szívossággal ⁷ kárhozatosan ártalmass ⁸ (mint római polgárt nem fejzittethette keresztre) ⁹ nem is vitte el szárazon lezuhanyán ¹⁰ egyszerre csak sehol sem volt látható (eltünt) ¹¹ szörnynek ¹² téves hitben ¹³ a sibyllajóslat szerint ¹⁴ számkivettet anyagyilkos ¹⁵ előzze meg ¹⁶ Henoch és Illés próféták az égbe ragadtattak ¹⁷ a világ végén ¹⁸ mint az ördög előhirnöke és hoppmestere (elülfutója) ¹⁹ elpusztítására ²⁰ kiirtására.

De venatione Calydonia.

Videtis hanc picturam pueri? Videre potestis aprum ingentem, cui caput de collo ademptum¹ vir virgini cuidam offert. Iuxta sunt tres viri, qui oculos torvos in iuvenem coniciunt.²

Aper est clarissimus ille Calydonius, heros cum capite suis Meleager, virgo autem nominatur Atalanta, viri irati sunt Thestyades, avunculi Meleagri.

Advertite animos, narrabo vobis historiam!

Fuit olim in Aetolia rex potentissimus, cui nomen Oeneus impositum est.³ Uxor eius Althea nomina-ta est. Quae cum post nonnullos annos filium, Meleagrum, peperisset, apparuerunt Parcae stamna fatalia nentes⁴ et stipitem in foco ponentes⁵ oraculum de infante dixerunt:

«Tempora eadem damus hoc ligno tibi que o modo nate!»

Tunc deae excesserunt.

Tremens et pavida eripuit mater ab igne ramum flagrantem, undis liquentibus extinxit et anxia cum cura⁶ imis penetralibus abdidit.⁷

Meleager dis faventibus⁸ invulnerabilis et fortunatus adolevit. Iam adulescens multa fortia facta perfecit. Sed fortitudo eius maxime in venatione Calydonia enituit.

Oeneus enim, cum aliquando ceteris dis sacra fecisset, unam Dianam neglexerat. Ob quem contemptum⁹ dea ingentem in Aetoliam immisit aprum.

Sed erigite animum ad audiendum, describam monstrum horrendum!

Sanguine et igne micabant¹⁰ oculi, setae

hastilibus similes horrebant. Spuma fervida¹¹ fluebat cum stridore rauco¹² per latos armos. Dentes elephantis dentibus aequabantur. Fulmen ab ore venit.

Et quam exitiosus erat setiger¹³ agris, gregibus et hominibus!

Modo crescentes segetes proculcabat,¹⁴ modo maturas metebat et Cererem in spicis interceptit.¹⁵ Sternuntur fetus gravidij¹⁶ cum longo palmite¹⁷ et baccæ olivae cum ramis.

Armenta non pastor, non canes, non tauri truces possunt defendere. Populi diffugunt et in moenia urbis se condunt.


Meleager ob ruinam maerore affectus heroes undique ad feram extinguendam avocavit.

Venerunt cupidine laudis lecta manus iuvenum: Theseus, Iason, Peleus, Castor et Pollux, Thestyades et alii, heroes nobilissimi, praeter hos Atalanta, virgo fortissima et pulcherrima.

Venatio in aprum in saltu prope Calydonem facta est.

Quo postquam vene vi, pars retia tendunt,¹⁸ pars vincula canibus adimit, pars signa pedum setigeri sequuntur. In saltu erat vallis concava,¹⁹ ubi ima salix lenta,²⁰ ulvae,²¹ iuncque palustres²² et canuae tenebant.²³

¹ nyakáról levágott ² vad tekintettel néznek az ifjúra ³ elneveztek ⁴ a sors fonalát szövő ⁵ karót helyezvén a tűzbe ⁶ féltő gondoskodással ⁷ legbelőbb szobájába rejtte ⁸ az istenek kegyéből ⁹ e mellözés miatt ¹⁰ villogtak ¹¹ tüzes tajték ¹² zúgó sister-géssel ¹³ vadkan ¹⁴ a csak épen sarjadzó vetést letaposta ¹⁵ a vetést kalászos állapotában megsemmisítette ¹⁶ a dús termés a földre terül (megsemmisül) ¹⁷ szölötök ¹⁸ hálót vetnek ¹⁹ öblös, mély ²⁰ hajlékony fűzfa ²¹ káká ²² mocsári szittyó ²³ és nád tenyészett,



Hinc aper excitus²⁴ violentus in medios hostes ruit. Emicat²⁵ ignis ex oculis, ex pectore flammas spirat, spargit dissipatque²⁶ canes latrantes. Mox venatores petit multosque ictus letiferos dat.

Complures herorum iam aut vulnerati aut occisi sunt, cum Atalanta nervo suo sagittam imposuit et arcu expulit. Arundo sub aure eri²⁷ in corpore fixa setas statim sanguine rubefecit.²⁸ Primus hoc Meleager conspexit et beluam prorsus obtruncavit.

Socii clamore testantur gaudia²⁹ et mirantes immanem bestiam spectant. Exuviae³⁰ apri Meleagro debitae erant, qui vitam monstri ademit. Sed hic amore Atalantae captus, exuvias virginis dono obtulit. Quod cum Thestyades duo concedere noluissent, eos Meleager iratus interfecit.

Althea mater simul audivit filii victoriae et mortem ab illo fratribus illatam. Maestis clamoribus implet urbem et vestes auratas vestibus atris³¹ mutat, incerta, utrum filio veniam daret, an ultrix esset fratrum mortuorum. Et quia Parcae die natali Meleagri statuerant, ut ligno fatali combusto vitam amitteret, mater repentina ira adducta stiptitem bene diu servatum protulit et flammis imposuit.

Quo facto Meleager inscius atque absens illa flamma uritur et ignibus torrii viscera sentit,³² sed dolores virtute superat, donec igne intestino³³ paene consumitur. Frustra genitricem facti paulo post poenituit, vitam in defunctum revocare non potuit.

Omnis Aetolia luctu completa est. Mater maerore mortem sibi concivit, sorores autem tam miserabiliter de eius morte conquestae sunt, ut Diana eas in aves meleagridas³⁴ transformaverit.

²⁴ kiüzetve ²⁵ láng szökik ki szeméből ²⁶ szétszórja
²⁷ a vadállat füle alatt ²⁸ pirosra festette a vérrel
²⁹ mutatják örömküket ³⁰ lenyűzött bőr ³¹ aranyos ruháját gyászruhával cseréli fel ³² érzi, hogy belei elsorvadnak ³³benső = belül égető ³⁴ gyöngytyúkokká.

Qui legitis flores et humi nascentia fraga : Frigidus, o pueri, fugite hinc, latet anguis in herba !



Cancer et vulpes.

Cancer aliquando ex fluvio prorepens in prato viridi ambulabat. Forte eodem venit vulpes, quae cum amnicolam¹ conspexisset, per Iudibrium eum salutavit :

«Salve carissime ! Quo tam commode ? Visne fortasse pratum peragrare ? Mihi potius retro ire, quam procedere videris.»



Cancer ingenii sagacis² statim respondit :

«Amice, tu genus meum naturamque meam minime cognoscere videris. Sum generis nobilis et optimi multoque celerior, quam tu et genus tuum. Velis mecum cursu certare !»

«Libenter», — cachinnavit vulpes — «visne mecum Romam aut Brundisium currere ?»

«Minime» — sequitur dictis dicta — «non tam longum iter. Satis habebo duo milia passuum.»

Ad haec vulpes : «Oh modo duo milia passuum ?»

Tardigradus³ iterum sic orsus : «Immido dabo tibi procursum⁴ quoque. Quem si non suscipis, cursum efficere minime possum».⁵

«Et quantum procursus?» — incipit astuta.⁶

«Accurate longitudinem tuam. Tu ante me

¹ folyamlakó, t. i. ² rák ³ éles eszű ⁴ lassú járású, t. i. rák ⁴ előny ⁵ nincs módomban versenyt futni ⁶ a ravasz, t. i. róka.

stabis, ego inter pedes tuos et cum «Age» exclamavero, rapido cursu abibimus.»

A vulpe omnia probata sunt.⁷ Tum octipes⁸ inter pedes posteriores vulpis stans illaque non sentiente caudam magnam et villosam⁹ brachii comprehendit et magna voce exclamavit: «Age!»

Vulpes cursu anhelo aufertur¹⁰ et cum iam metu assecutus esset, retro se vertit et clamore pratum implet.

«Ubi es carissime? Quamdiu te exspectem?»

Cancer autem, qui interea se in terram de cauda demisit, ridet a tergo.

«Quid opus est vocibus superbis? Ego iam pridem hic sto teque exspecto. Cur tam tarde venis?»

Vulpes conterrata obstipuit et erubescens¹¹
cito pede cancrum deseruit.

Eugenius Márkus dr.

7 mindenbe beleegyezett 8 nyolcelábú, t. i. rák
9 bozontos 10 lihegve fut tova 11 megszégyenülten.



Aedes gymnasii ordinis Cisterciensis Idibus Septembribus sunt dedicatae¹ Budapestini. Caeremoniis excellentissimi et illustrissimi primorum civitatis aderant.

Missam sollemnem Adolphus Werner abbas Zirciensis celebravit, quam secuta est aedium consecratio.² Orationes festivae adventum Ordinis in patriam nostram, missionem eius singularem, itemque bene merita de edocendis iuvenibus pertractabant. Orationibus pulcherrimis, qui aderant, maxime delectabantur.

Octingenti anni praeterierunt, ex quo tempore Ordo ille illustrissimus in patria nostra muneribus, quae civitati maximo usui erant, fungitur, Ordini autem gravitatem et amplitudinem³ maximam paraverunt.

*
Ludi bellici autumnnales exploratorum. Jam aliquot annos instituit⁴ autumno-

societas exploratorum⁵ ludos bellicos ad agilitatem, solleritiam, fortitudinem et disciplinam singularum catervarum probandam et exercendam. Hoc anno ludis sub finem mensis Septembbris ad Mogyoród iussis circiter 4000 exploratorum Budapestinensium et e regione Budapestini interfuerunt.

Secundum propositum et rationem belli pars una exploratorum ut Hispani, partem alteram Indianos indigenas armis subigere volebant. — Dux Hispanorum *Andreas Schrank*, Indianorum vero *Aemilius Buczkó*, tribuni⁷ exploratorum erant.

Infesto modo concussum et in certamine supremo victoria Hispanorum erat.

Post prosperum dimicationsis eventum exploratores Budapestinum retrogressi vexillum regni Hungariae honore prosequeruntur eique sera affixerunt.

Iuxta oppidum Tiszapolgár in comitate Szabolcs, prope vicum Basa-tanya nuperime sepulcrum vetustissimum effossum est, in quo miles quidam aetatis aeneae⁸ sepultus iacuit. Corpus nudis ossibus cohaerens⁹ in busto¹⁰ subsidens¹¹ repertum est, iuxta ossa reliquiae: vasa, patinae et instrumenta varia in lucem prodierunt. Actas reliquiarum circa 5–6 milia annorum est.

Sepulcrorum numerus in dies augetur, usque adhuc sex effossa sunt. Magna pars reliquiarum in musaeo Borsod-Miskole collocata est, aliquot exempla *Georgius Muxton*, professor Londiniensis — cuius cura¹² fossiones factae sunt¹³ — secum in Britanniam exportavit.

Terrae motus, qui partem occidentalem insularum Hawaiensium nuperrime tremefecit, incolas ingenti terrore percussit. Hac parte insularum tres montes, flamas eructantes sunt, quorum eruptiones instant.¹⁴

Octoginta anni praeterierunt, ex quo
Ludovicus Lóczy, clarissimus ille viator¹⁵ et

¹ avatták fel ² felszentelés ³ tekintélyt ⁴ rendez
⁵ cserkészszövetség ⁶ haditerv szerint ⁷ parancsnokok ⁸ rézkori ⁹ a csontváz ¹⁰ a sírban ¹¹ guggoló helyzetben ¹² felügyelete alatt ¹³ folytak az ásatások ¹⁴ kitöréssel fenyeget ¹⁵ utazó.



indagator desertorum¹⁶ Chinae natus est. Ante quinquaginta annos una cum Adalberto e comitibus Széchenyi expeditionem in Asiam duxit et usque ad fines Tibetanos, quos dicunt, pervenit.

Vir doctus abhinc novem annos e vita discessit. Monumentum eius nuperrime detectum est¹⁷ Tihonii,¹⁸ iuxta lacum Balatonis, quem omnibus melius et noverat et dilexerat.

Multa eius supersunt opera, quae res geographicas et naturales pertractant, sed eruditio, sapientia atque gravitate prae ceteris celebrantur: *De rebus naturalibus imperii Chinensis*¹⁹ et *Summa studiorum naturalium lacus Balatonensis*,²⁰ quae longe lateque vagantur.²¹

*

Ad portum urbis Caesarisburgi (Cherbourg, in Gallia) a. d. IV. Cal. Oct. appulsa est navis *Georgii Claude*, viri rebus naturalibus²² doctissimi, qui in insula Havanna instructiones ad usurpandos maritimorum, quae dicuntur energiarum calores, parat.²³ Experimenta anno proximo in Havanna perseverantur, quia temperatus tempus anni²⁴ exspectandum est.

¹⁶ pusztaságainak kutatója ¹⁷ leplezettet le ¹⁸ Ti-hanyban ¹⁹ a kinai birodalom természeti viszonyai ²⁰ a Balaton tudományos tanulmányozásának eredményei ²¹ világhírűek ²² kiváló természetstudós ²³ a tenger hőenergiájának kihasználására szolgáló berendezéseket készít ²⁴ enyhébb évszak.



Resignatio.

— Nonne, filius tuus adhuc universitatem frequentat?

— Ita.

— Et quid, si studia absolverit, ex eo fit?

— Homo senex.

Debitor limatus.¹

— Quando sperare possum te aes alienum, quod apud me contraxeras, redditum esse?

— Semper, quaeso, semper.

Urbanitas dubia.

Quidam in magno tumultu forte bracchiis² latus³ fodit⁴ alicuius heri, qui ira fervens eum inclamat:

— Pecus caecum!

— Gratulor, — respondet ille, — ego vero sum — Alexander Kovács.

Medicamentum calvitie.

— Ego quoque calvus fui, sed ut capilli accrescerent. lac potavi.

— Magnificum! Hoc etiam ego experiar!

— At, opinor, tu frustra niteris. Ego enim capillos curare iam infans incepi, — cum lacte matris.

Adversarius urbanus.

Uxor pugilatoris (ad coniugem, qui post luctationem domi aeger in lecto iacet): Eia, tuus adversarius maxima eminent urbanitate! Haec enim in epistola sua de te scribit: «Salutem plurimam dico et caro meo amico, coniugi tuo. Ex imis praecordiis amicas manus ei porrigerem post luctationem nostram optabam, sed proh dolor, exspectare, dum animum⁵ iterum³ reciperet³ minime potui».

In foro piscatorio.

— Sunt hi pisces recentes?

— Me hercle, sunt. Certe vides caro huius quam vivide rubra sit.


— Quid ad rem! Nasus quoque tuus rubescit, et tu saltem 50 annos natus esse mihi videris.

Felicianus Gondán.

¹ udvarias ² karjával meglök ³ (az ájulásból) magához tér.

A E N I G M A T A.

I.



II.



III. Syllabis sequentibus: A, Ar, bor, bra, cal,
Cen, cun, da, e, I, Lu, men, mi, mus, na, ni, ni, Nu,
per, quil, Se, sor, sus, Ta, ta, Ten, tor, Um,
componenda sunt nomina hisce circumscripta:

1. antrum Luperci in monte Palatino (3 syll.)
 2. e contrario dicitur: corpus (3 syll.)
 3. iudex morum (2 syll.)
 4. uxor Tarquinii Prisci (3 syll.)
 5. in ea sedent aves (2 syll.)
 6. rex Albae Longae (3 syll.)
 7. hunc inscripsit titulum mathematicus qui-
m clarissimus Hungarorum operi suo (3 syll.)
 8. Dominus noster (3 syll.)
 9. pulvis et... sumus (2 syll.)
 10. milites legionis secundae (4 syll.)

Litterae horum nominum initiales deorsum
lectae nomen reddunt Christianae sapientiae
scriptoris, qui Ciceronis stilum tam feliciter est
consecutus, ut Christianus Cicero merito sit
appellatus.

IV.

- 9, 17, 11, 22, 1 = alio verbo: colloquium
 8, 21, 29, 23, 2 = praenomen Romanum
 27, 19, 32, 30, 3 = quod in occulto est
 24, 13, 16, 33, 18 = hos notat censor
 25, 7, 6 = pronomen interrogativum
 5, 26, 34, 15 = sobrius saltat
 28, 12, 20, 10, 14 = facit parvorum unda
 frequens fluviorum
 31, 4 = particula, qua aliquid veti-
 turus uteris.
 1-34: proverbium.

V. Supple vocabula subserita desideratis litteris initialibus; reddent tibi locum natalem cuiusdam scriptoris Romani:

**—atet, —ditus, —umor, —ger, —olo, —ter,
—ter, —ors.**

Solutiones aenigmatum Numeri I.

I. Quae nocitura tenes, quamvis sint cara,
relinque: Utilitas opibus p^raeponi tempore
debet. Catonis distichon.

II. *Series directae*: 1. Eugenius; 7. pie; 8. Ida;
 9. ad; 10. mi; 12. ac; 13. vado; 14. id; 16. co;
 17. ta; 18. Nomentum; 19. os; 20. L. e.; 21. se;
 22. Illus; 23. di; 25. as; 26. it; 27. ara; 29. iru;
 30. sabbatum.—*Series libratae*: 1. Epaminondas;
 2. diu; 3. Ge; 4. ii; 5. uda; 6. sacramentum;
 10. macella; 11. idoneus; 15. dos; 17. tus; 24.
 ira; 26. iru; 28. ab; 29. it.

III. Asinius Pollio. —

IV. 1. Hannibal; 2. Ennius; 3. Romulus; 4. Qenone; 5. Daedalus; 6. Othrys; 7. Tacitus; 8. Ulixes; 9. Semiramis. — Nomen rerum scriptoris ex litteris initialibus: Herodotus.

V. Ennius; Manes; Simois; Micipsa; vige. Proverbium: «Si magnus esse vis, a minimo incipe».

VI. Gaudeo, amicus, Iuna, liber, ira, evitat, nomen, umbra, socius. Nomen imperatoris Romani: *Callinicus*.

Moderator ephemeridis: EUGENIUS FRAY DR.

Budapest, I., Verpeléti-út 22.,
ad quem epistulae et manuscripta mittantur.

Administratio ibidem

Sumptibus Societatis Magistrorum Intermedi-
scholarium Catholicorum. — A Katholikus

Középiskolai Tanáregyesület költségén.

(Praeses: STEPHANUS ACSAY DR., elnök.)